



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

65. Universis, & singulis, &c. Monitorium die 20. Junii 1713. expeditum
contra plures alios Officiales, & Administros, & Executores Serenissimi
Ducis Sabaudiaë ob jurisdictionales actus violenter ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

M O N I T O R I U M

Die 20. Junii 1713. expeditum contra plures alios Officiales, Administros, & Executores Serenissimi Ducis Sabaudiae ob jurisdictionales actus violenter exercitos in loca, incolas, & bona subiecta vacanti Abbatiae S. Benigni, ac occupationem proventuum ejusdem Abbatiae, cum violatione Immunitatis Ecclesiasticae, contemptu Censurarum, & usurpatione Supremi Domini super dictis locis, personis, & bonis ad summum Pontificem, & S. Sedem Apostolicam pertinentis.

Joannes Patricius Archiepiscopus Seleucia Sanctissimi Domini Nostri Papa, & ejus Reverenda Camera Apostolicae Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

U N I V E R S I S , & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Castrodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiarum Rectoribus, seu eorumdem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi D. N. Papae, & Reverendae Camerae Apostolicae Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & praevis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod quamvis sub die 17. Februarii anni praeteriti deventum fuisset ad Sententiam declaratoria Censurarum etiam publicis Cedulonibus publicatam, & à consortio fidelium segregati, & sejuncti fuissent, & fuerint nonnulli, qui occasione vacationis Abbatiae, seu Commendae Sancti Benigni Fructuariensis Nullius Diocesis à die prima Augusti 1710. per obitum bonae memoriae Joannis Francisci de Carron ex Marchionibus Sancti Thomae, dum vixit, Abbatis dictae Abbatiae auctoritate publicae Laicali suffulti, licet perperam, & nulliter usurpando jus, & facultatem super administratione, & fructuum perceptione cum deputatione Oeconomorum, Edictorum publicatione, Judicis, aliorumque Ministrorum electione, & exercitiis respectivè tam pro administranda Justitia, quam pro recollectione, & perceptione nonnullorum fructuum ejusdem Abbatiae, prout verè armata manu, violentis, & carcerationibus adhibitis Jurisdictione administrata fuit, fructusque nonnulli recollecti, quando attentata dictae Abbatiae vacatione, & cessatione, nemo quicumque esset, & sit, quomocumque manus apponere debuisset, & potuisset praeter Rev. Camerae Apostolicam, ejus Collectores, Subcollectores, & Ministros in maximum dictae Rev. Camerae praerudicium, & directam laesionem Jurisdictionis, & supremi Domini Sanctae Sedis Apostolicae, cui immediatè Terrae, loca, bona, & Incolae, seu Vassalli ejusdem Abbatiae subsunt. Nil profuit medela ad respiciendam, immo ad majora attentata, & pejora scandala deventum fuit, quoniam inter cetera contra dictas Ecclesiasticas censuras eadem insurrexit Potestas Laica, & publicis, ac impressis Edictis ausa fuit easdem censuras nullas, injustas, & invalidas declarare, illasque sub penis injunctis observari vetuit, & quod etiam admiratione dignum est,

contra pauperes, & inermes locorum dictae Abbatiae, & sanctae Sedis subditos, qui Ministris Sedis Apostolicae paruisent, militaris adhibita fuit vis.

§. 2. Et ad nova specialia attentata, & scandala procedendo, sub die 9. Januarii 1712. prodiit Edictum sub nomine Serenissimi Ducis Sabaudiae ad instantiam, & relationem Camerae computorum subscriptum: *Nicola*: & per collationem cum originali factam subscriptum: *Umberto Secretario*; cujus Edicti dispositio continebat, quod vacante officio Judicis in temporalibus in Terris, & Castris Sancti Benigni, Montanarum, Lombardorum, & Feltri subiectis dictae Abbatiae redactis, ut asserbatur, ad manus ejusdem Cellitudinis, constituit, & elegit de consilio dictae Camerae computorum in Judicem, ut supra, Advocatum Collegiatum Joannem Paulum Blanchardi Vicarium Civalem cum omnibus honoribus, auctoritatibus, utilibus, juribus, emolumentis, ac omnibus aliis ad dictum munus spectantibus, & cum salario sibi ad partes assignato &c. imponendo omnibus, & praesertim Syndicis, Consiliariis, & Particularibus dictorum locorum, ut pro tali illum recognoscerent, ac obedientiam praestarent.

§. 3. Eodem mense Januarii, & sub die 12. non minus attentatè Capianus Laurentius Caffo, tanquam praesens Agens Affictuariorum bonorum dictae Abbatiae, tunc à dicto Abbate Joanne Francisco de Carron possessa, unus de excommunicatis recensitis comparuit coram dicto Blanchardi Judice praesens, & nomine, quo supra, se Creditorem exposuit Joannis Baptistae Veccae de Montanaria, Michaelis Sandini, & Jacobi Bertini de Lombardore in summa librarum Ducalium 750. pro affictu omnium bonorum dictae Abbatiae existentium in finibus dicti loci Lombardore, comprehenso Prato nuncupato *della Sella*, sito in confinibus loci S. Benigni pro annis 1709., 1710., 1711. ad rationem librarum 250. annuarum; Et ulterius eodem titulo esse Creditorem ejusdem Joannis Baptistae Veccae de Montanario, Georgii Bertini, Michaelis Sandini, Petri Ferratii de Lombardore in alia summa librarum 2600. pro responsione cum praedictis Affictuariis conventa ad rationem librarum 1300. quolibet anno pro fructu redium Molendini Loci Lombardori vigesimis Tritici, ac aliorum frumentariorum, & segetum ad dictam Abbatiam spectantium, & de mandato ejusdem praesens Judicis Blanchardi contra praedictos commissa fuit citatio, & injunctio, qua iis praefigebatur terminus decem dierum ad solvendum sub pena scutorum viginti quinque auri Fisco Abbatiali solvendorum, & executionis realis, & personalis, cum subscriptione *Umberto*. Eadem die similem citationem relaxavit ad instantiam ejusdem eodem, quo supra, nomine cum simili praefixione termini, & pena contra Communitatem, Syndicos, & Consiliarios Sancti Benigni iis comminando pariter executionem realem, & personalem pro libris 1203. & solidis 10. cum subscriptione ejusdem *Umberto Secretario*.

§. 4. Ulterius eodem praesens Agente instante sequenti die 13. Januarii aliam citationem, & injunctionem cum praefixione termini, & comminatione poenae, ac executionis realis, & personalis relaxavit contra Molitores, & Massarios respectivè Locorum Montanarum, & Sancti Benigni, & praesertim contra Alexandrum, & fratres de Anselmis Massarios Praedii nuncupati *Ayralis Montanarii* pro consignatione Panicis albi vulgò *Meiga bianca* pro praesens portione dominicali, & in defectum ad solutionem valoris una cum expensis, subscriptum pariter loco dicti Judicis: *Umberto*.

Narrantur
nova attentata
d. Laice
Potestatis.

Alia attentata.

Refertur occupatio à Laica Potestate facta fructuum & Jurisdictionis Abbatiae S. Benigni, & Excommunicatio pronuntiata contra occupatores quae tamen ab eadem Potestate nulla tenore declarata fuit.

S. 5. Similem injunctionem, & citationem sub eademmet die, & ad ejsdem instantiam dictus pratenſus Judex relaxavit cum iſteſſem comminationibus contra Dominicum Furnum Affictuarium Molendini nuncupati: *Piſta della Canepa Montanarii*, injuncta etiam conſignatione duorum ſuum ponderis ruborum Canapis, & nonnullorum Caponum, addita comminatione ſolutionis pecuniſmum pro valore hujusmodi ſpecierum, quatenus pecies hujusmodi non reperirentur, nec conſignari poſſent.

S. 6. Item aliam exequi curavit citationem cum præfixione termini, & ſimilibus comminationibus ad instantiam dictorum pratenſorum Affictuariorum contra Molitores, & Maſſarios tam Loci Montanarii, quam Prædii, ut dicitur, *delle Mura*, & Molendini Sancti Benigni pro nonnullis prætenſis obligationibus, & præſertim contra Bartholomæum, & fratres de Boggio pro conſignatione, & traditione eminarum quinquaginta Panici, ut dicitur *Melga bianca* pro reſiduo portionis dominicalis anni 1711. vel illius valoris cum ſolita ſubſcriptione: *Umberto loco Judicis*. In declinatione ejuſdem menſis Januarii Carolus Philippus Boggio prætenſus Oeconomus Joſephi Mariae Galimberti, & Georgei Boggio prætenſorum Conductorum reſiduum dictæ Abbatie eodem Abbate de Carron tunc vivente cum aſſiſtentia quatuor armatorum Militum Juſtitie Senatus Taurini, quorum duo denominantur Joannes Rapeto, & Freſcia, ſe contulit ad Molendinum Montanarii, & violenter arripere fecit eminas tres Tritici, ſexdecim Panici albi, & duas Secalis de molituris, quas ad Rev. Cameram Apoſtolicam ſpectabant, quas transportare fecit ad Caſtrum dicti loci Montanarii.

S. 7. Poſt hujusmodi executiones proceſſum fuit contra Syndicos, & Particulares Terræ Sancti Benigni pro ſumma librarum 1203. cum dimidia pro prætenſis Canonibus, ut prætendebatur, debitis pro ultimo ſemeftri Anni 1711. Die etenim 15. Februarii elapſi Anni 1712. idem Advocatus Blanchiardi prætenſus Judex Ducalis, *Franciſcus Joſeph Umberto* Notarius de Civaffio aſſertus Locumtenens, ſeu Secretarius, *Joſeph Antonius Rogerinus* pariter de Civaffio, qui ſequebatur dictæ Abbatie Oeconomum pro Sereniſſimo Duce, *Carolus Philippus Boggio* de Sancto Georgeo, ut aſſerebatur, ſubrogatus in locum Joannis Dominiaci Battuelli unius ex prætenſis Affictuariis, *Capitaneus Laurentius Caſſo* unâ cum armatis Juſtitie Militibus *Antonio Barchetto*, *Bernardo Valino*, *Bartholomeo Martello*, & *Domino Umberto* ſe contulerunt ad plures Domos, & Stabula Syndicorum, & Incolarum Terræ Sancti Benigni, & in eorum præjudicium ab iis extraxerunt duos feratos Currus quatuor Rotarum, decem Boves, ſex Juvencos, & quatuor Vaccas, quæ omnia ſub hafta vendiderunt, tanquam majori oblatori, cuidam ex forenſibus oblatoribus pretio librarum 1355. qui eas ſecum aſportavit, & extra Territorium traduxit.

S. 8. Poſt prædictos actus tam violentos ulſurpatæ Jurisdictionis ſupervenerunt ſpretus Cenſurarum in Sententia, de qua ſupra, & violentiæ contra ſpiritualia remedia; Etenim die 9. Martii ſubſequentis aſſixum fuit in Abbatie Terris Edictum impreſſum ad instantiam Camere Computorum tenoris infraſcripti --- **ALTEZZA REALE** --- *Sendoſt vociferato alcuni meſi ſono, che dal Teſoriere Generale de Spogli Monſignor Patrizio Arciveſcovo di Selencia, tanto in qualità ſuddetta, che di ſuppoſto Delegato di Sua Santità, ſoſſero per liſciarſi qualche citazione in odio d'alcuni di quelli Officiali, Miniſtri, Operarii, e Famegli, che*

doppo la vacanza dell' Abbazia di San Benigno tranſiſſi di ſpeciali commiſſione, e comando adoparati in diverſi affari, & atti tutti tendenti alla riſtorazione delle Fabriche, & Beni, raccolta, e conſervazione de frutti, ſoſtenimento, & eſercizio della Giurisdictione temporale d'eſſa Abbazia, come ridotta, durante la vacanza, ſotto la ſpecial protezione di Voſtra Altezza Reale, dal di cui Regio Patronato aipende; Si compiacque Voſtra Altezza Reale con publico Maniſteſto, o ſia Editto del 13. del ſcorſo Novembre à relazione della ſua Camera con eſſo proibire, e ſtrettamente à tutti gli Officiali, Miniſtri, Operarii ſuddetti, e chiunque altro, che poſſero venire eſpreſſamente, o genericamente citati, o moleſtati per tali fatti, o dipendenti da eſſi, di mai comparire perſonalmente, meno in qualunque maniera avanti detto Monſignor Patrizio, nè altro qualunque preteſo Giudice d'aliena Giurisdictione, per riſpondere de fatti ſuddetti, o conſimili ſotto graviffime pene corporali, e meglio, come dal ſuddetto Editto appare: Ciò tutto non oſtante hà nuovamente perinteſto il Patrimoniale Generale di Voſtra Altezza Reale, che da Monſignore ſuddetto ſiaſi preteſo, e ſi pretenda paſſar tan oltre di proferire, e publicare aſſerta Sentenza di Scomunica maggiore contro diverſi de Particolari ſuddetti, & etiamdio contro due de Patrimoniali Generali di Voſtra Altezza Reale ſotto preteſo ſino li medeſimi, e ciaſcheduno di eſſi incorſi nelle Cenſure ſolite fulminariſi contro gli Uſurpatori de beni, e redditi della Chieſa nella Bolla, qual ſi publica in ogn'anno in die Cane Domini. E perche quando ciò ſiaſi fatto, o veniſſe ſarſi, verrebbero ad eſſere evidentemente pregiudicare le prerogative di un' Abbazia, ch'è di Regio Patronato di V. A. R., e nell' iſteſſo tempo violati li dritti, che alla medeſima competiſcono ſi per la Regia Protezione, che per altri titoli, e ragioni, e che di più verrebbero ad eſſere ingiuſtamente, e con notorio evidente gravame cenſurate, e ſcomunicare Perſone, quali non ſolamente non ſonno ſtate legitamente citate, ma che etiamdio ſonno notoriamente impedite, anzi ſpreſſamente proibite ſotto graviffime pene di comparire avanti del Citante, e che per niſſuna maniera poſſino mai diſi compreſe nelle Cenſure fulminate contro degl' Uſurpatori de beni della Chieſa, mentre con la da eſſi procurata, e fatta raccolta, & eſcazione de frutti, non hanno già mai preteſo applicarli à ſe, ma di conſervarli, o convertirli in ſola utilità della Chieſa ſteſſa, alla quale appartengono, rendendoſi tanto più chiaramente nulla, & ingiuſta tal preteſa Sentenza, e publicazione di Scomunica, quando paſſaſſe tan oltre a comprendere quei ſteſſi Officiali, e Perſone, che per indiſpenſabil obbligo del loro Offizio non v'hanno avuta altra parte, che d'ubbidire à Magiſtrati, e ſoſtenere le ragioni, e dritti del loro Sovrano. Che perciò ad eſſetto d'ovviare à tanti, e così rievanti pregiudizii di V. A. R., e ſuoi Sudditi ricorre à piedi della medeſima.

Umilmente ſupplicandola, che atteſa l'evidente nullità, ingiuſtizia, e ſurrezione, a cui non potrebbe, ſe non chiaramente ſoggiacere qualunque ſimile Sentenza, ch'è ſi ſoſſe proferita, o ſoſſe per proferiſi, e publicarſi in odio de ſuddetti, ſi compiacia V. A. R. comandare a chi che ſia, e ſpecialmente all' Abbatiani nelle Terre di detta Abbazia di non permettere la publicazione, diſſeminazione, & etiamdio la lettura d'alcun' Ordine, Maniſteſto, Stampa, o Scritti continente tal preteſa Sentenza, e publicazione di Scomunica in odio di chi che ſia degl' Officiali ſuddetti, Agenti, e Particolari ſuddetti, e per cauſe ſopra eſpreſſe, e quand' anche ſoſſe ſeguita qualche publicazione, quella non oſtante ſi proibisca à chiunque ſi ſia, niſſuno ecceſſuato, d'evitare il commercio, o conſortio d'alcuno di eſſi, ſotto preteſto, che ſiano cenſurati, meno motteggiare li medemi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, o verbale moſſia, ingiuria, o danno di qual-

Nova laice potestatis attemptata in ſpretum Cenſurarum.

quasi voglia fort. per causa, o fatti dependente da quanto sopra, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, o si ardisse di fare di tal pretesa scomunicata, come evidentemente nulla & ingiusta; Il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali, con dichiarar la publicazione di queste da farsi ne Luoghi soliti in qualunque delle Terre d'essa Abbazia valere, e che alla copia stampata dal Stampatore Valletta debba prestarsi la stessa fede, che all'originale.

Il Patrimoniaie Generale di V. A. R. Vittorio Amadeo II. per grazia di Dio Duca di Savoia, Prencipe di Piemonte, Rè di Cipro.

Veduta per la Camera nostra de Conti l'alligata Supplica sottoscritta dal Patrimoniaie nostro Generale suo tenore considerato; Per le presenti col parere à partecipazione della preletta Camera nostra (attesa l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simil Sentenza narrata, che si fosse proferta, o fosse per proferrisi, e publicarsi in odio dell' nominati in detta Supplica) abbiamo comandato, e comandiamo à chi che sia, e specialmente all' Abitanti delle Terre dell' Abbazia supplicata di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamò la lettura d'alcun Ordine. Manifesto, stampa, o scritti continenti tal pretesa Sentenza, o publicazione di scomunicata in odio di chi che sia dell' Uffiziali, Sudditi, Agenti, e Particolari, de quali si tratta, e per le cause narrate, e quando anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante proibiamo à chiunque si sia nessuno eccettuato d'evitare il commercio, o consortio d'alcuno di essi, sotto preteso, che siano censurati, meno motteggiare li medesimi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, o verbale molestia, ingiuria, o danno di qualsivoglia sorte per causa, o fatti dependenti da quanto si supplica, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, o s'ardisse di fare di tal pretesa scomunicata, come evidentemente nulla, & ingiusta, il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali; Dichiarando la publicazione di queste da farsi ne luoghi soliti in qualunque delle Terre di essa Abbazia valere, & alla copia stampata dal Stampatore nostro Valletta doversi prestare l'istessa fede, come all'originale, che tale è nostra mente. Dat. in Torino li 9. Marzo 1712.

Per Sua Altezza Reale à relazione di detta Camera. Castigione.

In Torino per Gio. Battista Valletta Stampatore di Sua Altezza Reale 1712.

S. 9. Undequaque Ministri Laici Jurisdictionem usurpabant in præjudicium Sanctæ Sedis, & damnum Reverendæ Camera Apostolicæ; Quippè sub die 22. Martii 1712. Comes Foschieri, ut asseretur, Gubernator, seu Commandante Civitatis Taurini, scripsit epistolam Antonino Costa Terræ Lombardori Syndico tenoris, ut sequitur: Signor mio: Alla ricevuta di questa non mancherà far penetrare à Valentino Fiorito, Antonio Costa, e Bertolotto Segretario esser mente di S. A. R., che tutti tre unitamente à lei si debbino per tutto dimani ritrovare in questa Città, ove giunti subito si portino da me per ricever gli ordini, che per parte di detta Altezza Reale li devo comunicare, avvertendogli à non dissentire l'ubbidire per non essere severamente bastigati alla forma, e mente dell'ordine di detta Altezza Reale, è qui persuadendomi eseguiranno puntualmente il comando fattoli mi rassegnò. Torino li 22. Marzo 1712. Di V. S. Affezionatissimo, & Obligatissimo per servirla—Conte Foschieri Commandante della presente Città.

Al Signor Antonino Costa Sindaco del Luogo di Lombardore.

S. 10. Rationabili minarum metu Antoninus Costa Syndicus, Jacobus Antonius Bertolottus Communitatis Secretarius, & Antonius Costa prædicti, se contulerunt ad Civitatem Taurini, & ad dictum Comitem, à quo fuerunt moniti, prout ipsi occasione, quâ de metu protestati sunt, retulerunt per hæc verba: Che teneva ordine, nempe dictus Comes Foscherius, da S. A. R. di farli sapere, qualmente ove in avvenire venisse à seguire, o à farsi qualche insulto, o al Signor Avvocato Bianchiardi Giudice Ducale, o altri Soldati di Giustizia, o altri Deputati dell' Eccellentissima Camera di Torino, mentre si fossero fatti atti di giurisdizione nel Luogo di Lombardore, si sarebbe messo il Luogo tutto à fuoco, e sangue, e che voleva portarsi lui Signor Conte Foschieri in persona, soggiungendo, che non voleva, che due, o tre Paesi ni glie la facessero stravedere, e che il sudetto Signor Bianchiardi si sarebbe portato à pubblicare cert'ordine il Sabato alloro prossimo, e che si pigliassero (guarda) li venisse fatto alcun insulto: Illisque respondentibus hoc non esse in eorum posse, dictus Comes respondit: Che lasciasero la disputa trà S. A. R. & il Papa, e che loro facessero li loro affari.

S. 11. Idem Comes Foscherius novas dedit literas sub die 18. Maii Syndicis ejusdem Loci Lombardori, quas sub eadem die dictus Advocatus Bianchiardi præsentavit Judex (prout dictus Comes in præcedenti epistola prædixerat) præsentavit Joanni Ludovico Chiara Syndico tunc Domi agrotanti, & reculanti, quibus sic præcipiebatur: Magnifici Signori Gio. Battista Vacca, Giorgio Bertino, Pietro Ferrero, Michele Sandino, e Giacomo Bertino, come meglio resta espresso qui sotto tutti Affittuali de' Redditi di questo Luogo, hanno trascurato, e trascurano il pagamento di quanto devono all' Abbazia di San Benigno, restano ancor Reliquatori delle somme infranotate, e volendo, che soddisfaccino à quanto devono, mi hà ordinato di farli penetrare esser mente sua, che facciano chiamare avanti loro li sudetti Signori Vacca, Bertino &c., à quali intimeranno per parte di detta Reale Altezza di dover pagare fra giorni dieci prossimi le somme infraseritte in mani del Signor Carlo Filippo Boggio, o chi farà per esso, de quali vanno in debito sotto pena dell'esecuzione militare, alla quale si procederà detto termine spirato, e pagamento non fatto senz'altra dilazione, & avendo cause giuste in contrario, quelle verranno ad allegare avanti me in questa Città personalmente fra detto termine. Questo è quanto m'occorre suggerire à loro Signori in esecuzione de Reali comandi, e persuadendomi eseguiranno quanto sopra, attendendo risposta del loro operata, mi confermo. Torino li 18. Maggio 1712.

Gio: Battista Vacca)

Giorgio Bertino) Di Lombardore Affittavoli

Pietro Ferrera) de rendite di Lombardore.

Michele Sandino)

Per il Fitto annuo di lire 1306. devono di reliquato.

Cioè dell' Anno 1710. ————— lire 428.

Nell' Anno 1711. ————— lire 1300.

————— lire 1728.

Gio: Battista Vacca)

Michel Sandino) Affittavoli dell' Abbatia in

Giacomo Bertino) Lombardore.

Devono à ragione di lire 250. l' Anno di Fietto somma di lire 500.

Affezionatissimo per servirlì

Conte Foschieri.

Foris; A' Signori Sindici di Lombardore.

S. 12. Sub eadem die 18. mensis Maji dictus assertus Judex Bianchiardi consignavit Petro Philippo Avenato Syndico Communitatis Fletri aliam

epi.

epistolam sub eadem Datâ ab eodem Comite scriptam Syndicis dicti Loci directam, qua eidem Communitati injungit solutionem lib. 551. 8. 6. sub comminatione militaris executionis. Advocatus Blanchiardi prædictus sub hac die aliam similem epistolam consignare tentavit Joanni Francisco Francono Communitatis Montanarii Syndico, at hic notitiam habens de aliâ præcedenti consignatâ Syndico Communitatis Fletti, abhorrens quamcumque aliam præsentam jurisdictionem præter illam Sanctæ Sedis, ejusque Ministrorum, renuit, & aufugit, & consignare tentantem delusit. Idem die 21. Maii uniformem epistolam dimisit ad pedes renuentis Eleonoræ Conjugis Dominici Furni Subconductoris Molendini Loci Montanarii, qua epistola præcipiebatur Syndicis Communitatis, quod eundem Dominicum admonerent, ut frumentarias responsiones sub executionis militaris pœna traderet in manibus assertorum Affictuariorum: At Molitor nolens alios præter Ministros Sedis Apostolicæ, & Reverendæ Cameræ recognoscere, executionem militarem fuit passus. Quamobrem sub die 26. dicti mensis Maii ad Locum Montanarii se contulerunt duæ Legionis, ut dicitur *Regimenti* Equitum Suxæ Celsitudinis: Altera nuncupata *Dragoni*: Altera *Cavallaria di Savoia* sub directione Domini Marchionis de Garezzo Ductoris Generalis, & adveniente die 11. sequentis mensis Junii Advocatus Blanchiardi duos ex dictis Militibus unum ex Legionis Genuæ militari nomine *Vin nuovo* ex Centuria Philippi, & alium nuncupatum Raymundum ex Centuria Trotti ex Legionis equestri dominata *di Savoia* illos misit ad propriam domum dicti Furni, ut ab illa victum eorum arbitrato exigere protestantes ab illa non posse discedere nisi de ordine dicti Blanchiardi, ad quem (renuente eodem Furno) recurrere, steterunt usque ad diem 14., & ultra, & cibariis consumptis, unus ex dictis Militibus *Vin nuovo* nuncupatus discedens secum asportavit quatuor lineæ nova, & duos saccos pariter novos valoris librarum viginti circiter, & continuante altero Milite Raymundo nuncupato successit alter nuncupatus *Beller* de Summariva de Cohorte Principe, & in eadem domo dicti Furni steterunt, & victualia usurparunt usque ad diem vigesimam dicti mensis, & discedentes secum detulerunt aliud lineum cum Rubo *di Coccheti* valoris in totum librarum viginti unius circiter.

§. 13. Supervenerunt postmodum majora excidia in prædictis locis Abbatialibus, quandoquidem exhaustis, & consumptis ferè omnibus facultatibus Incolarum dictæ Abbatie ob frequentes, & continuatos transitus, & stationes Militum Imperialium, & dicti Serenissimi Ducis Sabaudie, tandem sub die 12. Maii dicti anni 1712. duæ Militum Legionis dicti Serenissimi Ducis Castra posuerunt in dicto Loco Abbatiali Montanarii, & deinde auctis novis copiis supplementiis, die 29. ejusdem mensis Milites prædicti per domos, & habitacula Incolarum distributi fuerunt Ductore Domino Marchione de Garezzo Locumtenente Generali pro eadem Celsitudine, & in dicto Loco Montanarii permanserunt usque ad diem 14. Junii, & deinde se contulerunt ad alium Locum Abbatialem Fletti, ubi pariter castrametati sunt.

§. 14. Verumtamen ad desolationem Terræ, & Loci Montanarii non desuit aliarum Turmarum copia: etenim sub die 18. ejusdem mensis Junii pervenere decem Agmina peditum sub Generali Duce Vallis ducta per quemdam *Commissarium Carera*, & perstiterunt in eodem Loco usque ad diem vigesimam, & inde recedentes locarunt Castra in Loco S. Benigni. Quæ Militum Turmæ Territoria, agrosque jam satos, & pascua de-

vastarunt, & recedentes plusquam viginti jugæ Bovum cum curribus, & plaustris secum pro eorum usu traduxerunt, aliisque notabilia præjudicia dictis Incolis intulerunt. Nec desuete alia damna, & incommoda, nam sub die 17. prædicti mensis Junii coacti fuerunt Subditi prædicti Sanctæ Sedis construere Pontem, ut facile apparatus militaris Suxæ Celsitudinis expedite transiret, & sub die 19. ejusdem coacti fuerunt transmittere octo currus cum belluis pro transportandis militaribus impedimentis.

§. 15. Jam Castra tenebant in Loco, & Territorio Fletti à die 12. Junii alia Militum copia, & dum Populus congregatus erat in Ecclesiâ ad horas vespertinas, Officialis nuncupatus *Garello* alias excommunicatus cum manipulo viginti quatuor equitum post occupatam publicam ejus Loci Plateam se contulit domum Petri Philippi Avennati Syndici, & deinde alii Commilitones plures alias domos Consiliariorum dicti Loci Sedi Apostolicæ subjectorum invaserunt, & in illis steterunt, & deinde Hospitium verterunt in rapinam, subripientes Dominis domorum victualia, animalia mactantes, pluraque alia damna inferentes, ita ut dictæ duæ Legionis, quæ prius castrametata fuerant in Terrâ Montanarii, & deinde à die 14. Junii usque ad diem 18. ejusdem mensis invaserunt ejusdem Loci Fletti Territorium, dum ab illo recedebant, vastarunt vites & arbores, ac subripuerunt etiam octo currus cum jugatis Bovibus dictorum Incolarum, ut apparatus rei militaris traducerent ad Locum Borgarii, quos quidem currus, & boves sic traductos ad Civitatem Civassi dicto prætenso Judici Blanchiardi tradiderunt, & iste sub die 20. dicti mensis illos vendidit pretio librarum 1306. pro prætenso vigesimis, ac laudemis à dictâ Communitate Loci Fletti debitis. Antequam prædictus N. Garello alias excommunicatus è dicto Loco una cum aliis discederet, se ad Ecclesiam Parochialem contulit, in cujus valvis affixi erant Cedulones Censurarum per ipsum, & alios incursum, & gestoria arundine ipsius nomen in Cedulonibus impressum laceravit, & postea illos defixos ausu temerario in Terram projecit. Nec prætermittendum, quod hiscemet diebus & præsertim sub die 13. Junii ab Officiali nuncupat. *Rivetti* Militibus stipato de ordine, & præsenso dicto Blanchiardi in Loco S. Benigni arrestatus fuit Carolus Gamarra, & adductus ad carceres Taurini.

§. 16. Hac eadem die, dum Sacerdos Joannes Victorius Aliberti ejusdem Loci S. Benigni intra ejusdem Terræ ambitum morabatur in Loco nuncupat. *Contrada Grossa* per Tormenti ænei Præfectum vulgò *Bigadiere* Legionis Genuæ Mathæum Brunum nuncupatum, & militari nomine Lafuer fuit apprehensus per transversum carceratione sibi nunciata per hæc verba *bracci forte d'ordine di Sua Altezza Reale*, ad quæ verba quatuor Milites ejusdem Legionis Archibus brevioribus, & Acinacibus armati eidem Officiali auxilium præbuerunt, eundem Sacerdotem in brachiis apprehensum manu dextera armata eum sic detentum adduxerunt ad custodias, quas in domo Communitatis Prussianæ Militiæ tenebant, eumq; Sacerdotem collocarunt in quadam mansione à tribus eorundem Militum custoditum. Undecimâ die dicti mensis Junii se contulit ad Terram Lombardorij Decuria undecim Militum equestrium una cum Præfecto Tormenti ænei, qui hos Milites ducebat, nuncupato *Cacciatore*, qui eosdem Milites locavit in domibus Jacobi Bertini hæredis Georgi Michaelis Sandini, & Petri Ferrera, quos itidem coegit Militibus subministrare victualia usque ad diem 18. ejusdem mensis.

§. 17. Interea, & antequam prædicti Milites

Novæ Violentiæ à laica potestate illatæ Incolis S. Benigni.

Excommunicatus Cedulones in Terrâ producti

Violentia Sacerdoti illata.

Narrantur aliæ vexationes.

tes discederent, & signanter sub die 16. ejusdem Junii Turma Equitum centum quadraginta circiter, cujus Doctores erant Eques Cassinardus Legionis vulgò dictæ *Draco Major*, & Eques Sancti Martini Centurio ulterius Legionis jussu Marchionis de Govezzo occupavit prædictam Terram Lombardorij, & manu militari subripuit Incolis viginta sex Boves aratorios, vaccas quadraginta sex, sex juvencos, totidemque vitulos, jumenta tria, duosque mulos, quæ quidem animalia traducta ad Civitatem Civassi, pariter dictus Blanchiardus præfens Judex palam vendidit, pretiumque illorum recepit.

§. 18. Diebus autem 7., & 22. mensis Julii per Justitiæ Militem Senatus Taurini fuerunt exequuta in odium Communitatis S. Benigni quædam assertæ copię intimationum, seu injunctio- num in personam Mariæ Uxoris Antonii Farneghi Syndici dictæ Communitatis subscriptarum, *Umberto*, quibus de ordine dicti præfensi Judicis in prima præcipiebatur solutio librarum 1203. in manibus Caroli Philippi Boggi præfensorum Affictuariorum Agentis intra terminum decem dierum sub pœna executionis realis, & personalis, & in secundâ injungebatur solutio in manibus Joannis Mariæ Roccha præfensi Oeconomi Ducalis infra terminum quinque dierum sub eadem pœna. Quarum injunctio- num vigore sub die 13. Augusti per duos ejusdem Legionis Milites, alterum vocatum Joannem Baptistam Abbate, & alterum Castlone violenter fuerunt extracti, & subtrahi de stabulis Syndicorum, & Consiliario- rum sexdecim boves præfentibus, & auctorizan- tibus dictis Blanchiardo præfensio Judice, Francis- co Josepho Umberto ejusque Officiali, & No- tario, & Joanne Maria Roccha, ut supra, præ- fensio Oeconomo, quæ animalia fuerunt vendita in eodem Loco cuidam Advenæ tanquam majori Oblatori pretio librarum 1344. 15. 10.

§. 19. Dum alii vexabantur, aliis Incolis ejusdem Abbatiæ non dabatur requies, etenim publicatum, & respectivè intimatum fuit quod- dam præceptum de mandato dicti præfensi Judicis sub Dat. 19. Julii cum assuetâ subscriptione Um- berto Secretario, qua notificabatur omnibus Syn- dicis Agentibus debitoribus Massariis, Molitori- bus, & quibuscumque aliis Abbatiæ debitoribus eisdem præcipiebatur, ut in Abbatiæ Oeconomi- num recognoscerent tanquam à Sua Celsitudine deputatum ad relationem Camerae Computorum D. Joannem Mariam Roccha de Taurino, & in ejus manibus quæcumque fieri debuisset solutio omni alio excluso Exactoris sub pœnis indignatio- nis Suae Celsitudinis, reiteratæ solutionis, & executionis militaris.

§. 20. Incœpta jam post messem trituratione frumenti per Franciscum Tessutum Colonum, & Massarium Prædij nuncupati *Casina delle mura* nè Ministri Reverendæ Camerae partem Dominica- lem exigerent, ad custodiam fuit transmissus Bar- tholomæus Guglielmus de Sancto Georgeo, & sub die 20. Julii dictum Prædium adivit Joannes Maria Roccha præfensio Ducalis Oeconomo- nus associatus duobus Armatis Militibus cum sagulis viridis coloris Ducali stemmate discriminatis, & injuncta divisione frumenti (licet Colono relu- ctante, & protestante ad Reverendam Camera- m spectare) abstulit eminas 110. frumenti, quæ asportare curavit super curribus dicti Coloni, & ad Castrum dicti Loci Montanarij, & ad Ter- ram S. Benigni.

§. 21. Præmissa sub eadem die 20. Julii exe- cutione alterius confimilis intimationis saper de- putatione prædicti Oeconomi, illiusque recogni- tione facienda contra Bernardinum Boggium, & Alexandrum Anselmum Colonos, & Massarios

Prædij nuncupati, *l'Arale* dicti Loci Montanarij sub die 3. Augusti dictus assertus Oeconomo- nus Roccha ad dictum Prædium duobus similibus Militibus associatus se contulit, & interpellatis iisdem Colonis pro divisione frumenti, illisque rennentibus, & declarantibus portionem Domi- nicalem debitam esse Ministris Reverendæ Cameræ Apostolicæ tanquam pendente vacatione ma- turatam, quam unicè recognoscebant. Idem Oe- conomo violentias jactans, & Colonorum car- cerationem incutens subripuit eminas 160. triti- ci, quæ cum curribus, & bobus dictorum Colo- norum per vim cogentibus, & associantibus dictis Militibus, traducta, & asportata fuerunt ad Cas- trum prædictum. Rediit sub die prima Septem- bris, ipse Ducalis Oeconomo ad idem Prædium unico associatus Milite, & non obstante simili contradictione Colonorum, qui unicè Rev. Cameræ Apostolicæ Ministros recognoscere protesta- ti fuerant, violenter abstulit eminas 78. fœcalis, 24. fabarum, & 9. cicerum. Die verò quinta Novembris idem Roccha, associantibus Bernar- dino, & Stephano fratribus Bianna de Castrono- vo, se transtulit ad Molendinum Montanarij, & in illo repertis Josepho, & Jacobo Molitoribus, qui nomine Reverendæ Camerae Apostolicæ di- ctum Molendinum retinebant, eidemque certam portionem frumenti tradere tenebantur, prout protestati fuerunt, quibus non obstantibus timore carcerationis eisdem incusso ad ministerium dicti Molendini pro Camera Ducali supradictos Fratres intrusit.

§. 22. Fuerat jam de ordine dicti Blanchiar- di præfensi Judicis sub datum 6. Aug. cum sub- criptione Umberto exequuta quædam copïa Inti- mationis, seu injunctio- nis in odium Communitatis Lombardorij de mandato Gubernatoris Tau- rini, & ad instantiam dicti præfensi Ducalis Oe- conomi Roccha super solutione librarum 485. pro residuali summa debita pro Annis 1710., & 1711., non obstante executione factâ super bel- luis, ex quarum venditione non potuit consequi integra satisfactio. Item super solutione librarum 1550. pro debito anni tunc decurrentis 1712. sub pœnâ dictæ executionis militaris. In cujus com- minationis executionem die 2. Novembris in- gressi fuerunt, & tenuerunt Locum prædictum centum quinquaginta circiter Ducales Milites e- questris sclopis, & acinacibus armati, partim Legionis ut dicitur *Regimento Birago*, partim *Cavaglia*: Quibus omnibus præerat Comes de Per- mon, cum quo alii Officiales, nempe Comes Ben- zo equestris Turmæ Ductor. Monsieur de S. Geo- geo Turmæ Ductoris Legatus, seu Locumtenens, Monsieur de Vansî pariter Locumtenens, Mon- sieur Ceruto, & Eques *della Villa* Equites Vexil- larii omnes de Legione Cavaglia, Comes *della Manta* Equestris Turmæ Ductor, Monsieur Mul- setto similis Ductoris Locumtenens, Monsieur Longaray, & Eques Burgheusius signiferi Eque- stris omnes de Legione Birago. Qui milites de ordine supra dictorum Officialium respectivè prius pedester disposiri ad obsidionem stabulorum, ab illis extraxerunt, & comprehenderunt Boves aratorios triginta sex, juvencos, & vaccas decem, & octo, quas belluas eodem die adduxerunt ad Civitatem Civassi, & confignarunt Advocato Blanchiardi præfensio Judici, de cujus ordine fuerunt venditæ pretio librarum 2235.

§. 23. Pro effectu alterius similis intimationis, & injunctio- nis sub eadem die 6. Augusti in odium Communitatis Loci Montanarij relaxatæ, & pro eo, quod Ministri Ducales ab illâ exigere prætendebant die 26. Octobris ejusdem anni 1712. se contulerunt ad dictum Locum Montanarij duæ Legiones equestris Suae Celsitudinis, altera

Aliz vexa-
tiones.

nuncupat. *Birago*, altera *Piemonte Reale*, seu *Cavaglia* sub ductu Marchionis de *Birago* Magistri Equitum Legionis sui nominis, qui inibi Castra tenuit per totam diem praedictam Novembris cum maxima Loci, Territorii, & Incolarum damnificatione ob consumptionem praesertim feni, aliorumque straminum, lignorum, & victualium; Praeparati tamen ad discessum ante lucem subsequenti diei 2. Novembris juxta Officialium ordinationes à dictis Militibus occupata fuit Platea, & Loci annexi, aciesque disposita, transmissi fuerunt Excubitores ad proprias domos, & stabula Incolarum dicti Caltri, distributis aliis Militibus per vicus, & demum orta luce de ordine dicti Marchionis, juncta assistentia dicti Advocati Blanchiardi, impetum fecerunt in stabula, & domos dictorum Incolarum: De stabulis fuerunt subtracta duocenta circiter capita Belluarum de Bovinis, equinis, & suinis, quae eadem die fuerunt adductae ad Civitatem Civassi, & prosequendo executiones ex aedibus Joannis Dominici Cafari abstulerunt eminas 120. tritici, 24. secalis, 6. ordei, 18. avenae, & 18. panicii albi: Ex aedibus Joannis Baptistae Clara eminas 50. tritici, 24. secalis, 24. panicii albi; De domo Syndici Joannis Francisci Franconi eminas 69. tritici, 22. secalis, 6. fabarum: De domo Philippi Nicolai Francisci Fiola eminas 50. tritici, 16. secalis, 10. fasilorum, 9. fabarum, 40. panicii albi, 4. cicerum, & 14. avenae: De Domo Sindici Joannis Malani Petitti eminas 33. panicii albi; de domo Petri Pauli Rimaudo eminas 276. tritici, 35. secalis: De domo Notarii Francisci Antonii Petitti eminas 50. panicii albi. De Molendino ejusdem Loci Montanarii de victualibus dictorum Incolarum fascos 52. ex variis frumentis speciebus, quae omnia fuerunt asportata, & consignata praedicto Rocchae praeteno Oeconomo.

§. 24. Quae omnes recensitae violentiae, & attentatae factae, & executae fuerunt, legitime contradicentibus, & impugnantibus Communitatibus dictae Abbatiae, illarumque Particularibus qui licet oppressi, & saepe saepius in Ecclesias, & Loca immunita ob timorem carcerationis recepti, nunquam tamen consensum praestant, & semper protestati fuerunt de vi injusta illis illata, declarando semper, & in quolibet actu repetendo eos esse unice subiectos sub Dominio Sanctae Sedis, & Abbatiae fructus consignandos, & perfolvendos esse Ministris, & Officialibus dictae Sanctae Sedis, & Reverendae Camerae Apostolicae, nec velle, nec posse alios recognoscere, vacatione durante, quam eosdem Ministros Reverendae Camerae Apostolicae.

Rebusque aliis, prout in Processu, & Processibus desuper constructis praedicta omnia memorati.

Mr. di S. Georgio.
Mr. di Vansì.
Mr. Ceruto.
Eques della Villa.
Comes della Manta.
Mr. Mosetto.
Mr. Longarais.
Eques Borgheze.
Eques Casalimardo.
Eques S. Martino.
Matthaeus Bruni nuncupat. la Fleur.
N. Cacciatore.
N. Rivetti.
N. Garello.
N. Nomine militari Vin nuovo.
Raimundo.
N. Beller.
Patrimonialis Generalis.
N. Castilione.
Joannes Baptista Valetta.

Nicola.
Joannes Paulus Bianchiardi.
Franciscus Joseph Umberto.
Laurentius Casso.
Carolus Philippus Boggio.
Joseph Antonius Rugerino.
Joannes Maria Rocca.
Bartholomaeus Guglielmetti.
Bernardinus } *Fratres de Bianna.*
Stephanus }

Justitiae Milites.

Joannes Andreas Rapeto.
N. Frescia, & duo alii N. N.
Antonius Barchetto.
Bernardus Valino.
Bartholomaeus Marcellio.
Dominicus Umberio.
Joannes Baptista Abbato.
N. Castlone.

Commiserunt & perpetrarunt instando, mandando, committendo, Jus dicendo, actus scribendo, exequendo, adhaerendo, assistendo, auxilium praestando, instantias fieri committendo, vel permittendo, administrando, jurisdictionem exercendo, fructus exigendo, alienando, Immunitatem Ecclesiasticam violando, aliaque attentata committendo, & semper jurisdictionem, supremumque Dominium Sanctae Sedis Apostolicae, & Jura Reverendae Camerae laedendo, usurpando tam conjunctim, quam separatim, & divisim, & alias omni &c. singula singulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitiatur, nec e contra, non solum &c., sed & omni &c., super quibus &c., penas propterea, ac censuras in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bulla in die Coenae Domini quotannis legi solita damnabiliter incurrendo. Fuimus propterea pro parte supradicti Illustrissimi Domini Gaspari Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papae, & Reverendae Camerae Apostolicae Commissarii Generalis instantes, & debite requisiti, quatenus sibi in praemissis de opportuno Juris remedio providere, Monitoriumque ad partes ad personaliter, vel legitime comparendum sibi decernere, & concedere dignemur.

§. 25. Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam iusta annuentes Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet infolidum tenore praesentium committimus, & in virtute sanctae obedientiae strictè praecipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum requisiti fuerit ex parte nostra, imò verius Apostolica auctoritate antedictos.

Mr. di S. Georgio.
Mr. di Vansì.
Mr. Ceruto.
Equitem della Villa.
Comitem della Manta.
Mr. Mosetto.
Mr. Longarais.
Equitem Borgheze.
Equitem Casalimardo.
Equitem S. Martino.
Matthaeus Bruni nuncupat. la Fleur.
N. Cacciatore.
N. Rivetti.
N. Garello.
N. Nomine Militari Vin nuovo.
Raymundum N.
N. Beller.
Patrimoniale Generalis.
N. Castilione,
Joannem Baptistam Valetta.

Novae violentiae.

Incolarum Abbatiae S. Benigni constantia, & fides erga Sedem Apostolicam.

Nomina singulorum qui attentata, & violentias praedictas admiserunt, aut mandarunt.

N. Nicola.
Joannem Paulum Bianchiardi.
Franciscum Joseph Umberro.
Laurentium Caffo.
Carolus Philippum Boggio.
Josephum Antonium Rugerino.
Joannem Mariam Rocca.
Bartholomeum Guglielmetti.
Bernardinum,)
& Stephanum) *Fratres de Bianna.*

Justitiæ Milites.

Joannem Andream Rapeto.
N. Frescia, & duos alios N. N.
Antonium Barchetto.
Bernardum Valino.
Bartholomæum Martello.
Dominico Umberro.
Joannem Baptistam Abbate.
N. Castlone.

Citantur
 omnes nomi-
 nati & mo-
 nentur ad
 comparen-
 dum & alle-
 gandum cau-
 sam quare
 &c.

Monentis, citetis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciat, eisdemque, & cuilibet ipsorum præcipiatis, & mandetis, prout Nos eosdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, eisdemque, & cuilibet eorum præcipimus, & mandamus per præsentem primo, secundo, & tertio, & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum spatium ab executione præsentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & Vos assignetis debeant, & cuilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis, personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeant ipsi, & eorum quilibet in omnes, & singulas censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bullâ in Cœnâ Domini quotannis legi, & publicari solitâ, contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declarationis quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, & respectivè ipsi non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super præmissis cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis, cum quibus opus fuerit, Juri stetit, deque eorum innocentia, si quæ sit legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omninò paruisse.

§. 26. Certificantes eosdem sic monitos, requisiti, citatos, & eorum quemlibet, quodsi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, seu comparisonem distulerint, vel distulerit, Nos nihilominus ad ulteriora juris, & facti remedia, & ad declarationem incursum penarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque executionem inclusivè, prout juris fuerit, per contradictas per Edictum publicum procedemus, eorum contumaciâ, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus; Et cum excessus prædicti patrati fuerint in jurisdictione, & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apostolice, nihilominus ad supererogationem ex pluribus etiam Testium depositionibus hæc omnia comprobata remaneant; Cumque pro præsentem nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & auctoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curie Inno-

centianæ, nec non ad valvas Ecclesiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo sic exequuto, & in actis infra scripti Nostri Secretarii legitime reproducto ita costem monitos, & eorum singulos arcere, & astringere perinde valeat ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentianâ Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo tertio, Indictione sexta; die verò 20. Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Divinâ Providentia Papæ Undecimi Anno decimo tertio.

Jo. Patritius Archiepiscopus Seleuciæ
 Thesaurarius Gener., & specialiter
 Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia Rev. Cam.
 Apostol. Secretarius.

Die 26. Septemb. 1713. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curie servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas Censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Scheda-Cedoloni-nuncupata, qua universis Christianidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura illi omnes, & singuli, contra quos prædicta Sententia lata fuit.

MONITORIUM

Die 3. Augusti 1714. expeditum contra Canonem Joannem Bianciardum, Sacerdotem Josephum Bianciardum, & Sacerdotem Ludovicum Pomano ob sacrilegam communicationem cum Advocato Joanne Paulo Bianciardo prætenso Judice Cameræ Computorum Taurini excommunicato palam declarato, & alia ab ipsis gesta in contemptum censurarum, & Apostolicæ auctoritatis.

Joannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentem nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c.

§. 1. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Prin-

cipalis